

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 4387

**Auteur(s) :** Guillaume III Ptolomeus, Avranches (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Poilley, Notre-Dame de Montmorel (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1210, 29 juin

**Lieu d'émission :** Avranches

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume, évêque d'Avranches, confirme les possessions de l'église de Montmorel.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Mont-Morel, n° XII, p. 9-12.

Texte établi d'après a

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus Dei gratia Abrincensis episcopus salutem in Domino. Ea que ecclesie dei data sunt tunc demum in possidendo majorem optinent firmitatem cum diocesani episcopi de cujus provintia sunt fuerint auctoritate firmata ; unde notum fieri volumus universis nos domum canonicorum de Monte Morelli et omnia que eis collata sunt et in posterum justis modis conferentur sub nostra et ecclesie Abrincensis suscepisse protectione et collata approbasse, quantumque in nobis est, salvo jure episcopali et Abrincensis capituli, confirmasse. De quibus ea propriis duximus exprimenda vocabulis que possident : videlicet ex dono Ruellemi de Hulmo ecclesiam de Polleio et ecclesiam de Presseio et capellam de Hulmo, cum omnibus pertinentiis suis, et duas garbas feodi de Presseio et campum Elyon, et masuram de Belearderia, et decimam molendini de Polleio et decimam molendini de Presseio. Ex dono Philippi de Hulmo, filii ejusdem Ruellemi, unam acram prati in prato Bodeir, et XII nummos in quodam clausulo juxta domum Radulfi Gaidon. Ex dono Johannis de Sulligneio sedem ejusdem loci et collem nemoris qui eidem loco supereminet et sedes molendinorum in Bevrone et cursum aque et terram in qua grangie sunt et vinee et Longam Tuscam et decimam censuum suorum de Abrincio et totam decimam molendinorum suorum in Abrincio, excepta decima molendini de Morvioc, et terram de Vaccella et terram de Vacua valle. Ex dono Willelmi de Duxeio ecclesiam de Duxeio et capellam cum pertinentiis suis et decimam molendini de Duxeio, et heremitagium quod est in Ardena a casu rivuli Mortarie in Senunam cum stagno superiori et a vado petroso sicut via ducit usque ad vadum sub piscaria Signei proximum, cum nemore terram integre que infra hunc terminum et ambitum predictorum fluminum a meridie continetur et quadrigariam ad sabulum prefate ecclesie construende deportandum. Ex dono Juhelli de Nemore medietatem ecclesie Sancti Albini de Terra Wasta et medietatem ecclesie Sancti Laurentii cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Petri filii Hamelin et Britonum et Gisleberti de Doreriis et Willelmi de Ferreriis et Hamelini filii Burgense et Doisnellorum aliam medietatem ecclesie Sancti Albini. Ex dono Roberti de Sancto Johanne et Olive axoris sue quartam partem ecclesie Sancti Laurentii. Ex dono Radulfi Juhel et Radulfi Hamelin ecclesiam de Manseleria, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Roberti de Vire masuram de Trosseria cum

omnibus pertinentiis suis. Ex dono Godefridi de Montdisder masuram de Blancharderia. Ex dono Radulfi Hamelin masuram de Coldrei. Ex dono comitis Cestrie XX solidos Cenomonensium in prefectura Abrincensi et unam plateam in castro Sancti Jacobi. Ex dono Willelmi de Flachei II acras terre super torrentem Roel et terram que est in landa inter villam Sancti Albini et Guiberteriam et unam acram terre in feodo Aumerie. Ex dono Ruellemi de Flacheio duas acras terre et masuram Corrocene cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Hamelini de Breceio III quarteria frumenti in molendino de Mesnil Eelart. Ex dono Hasculfi Britonis, cum assensu fratrum suorum, et filiorum Agnes ab oriente attactum excluse molendini canonicorum que est in Bevrone, et ex altera parte ejusdem fluminis ab occidente refluum aque, ex dono Symonis de Alneto cum assensu Ricardi Dastinel. Ex dono ejusdem Ricardi duas garbas decime domini sui. Ex dono Gisleberti Le Breit feodum Adam et feodum Genargan. Ex dono Jordani de Signeio masuram Pelliparii de Thesnelles. Ex dono Willelmi de Signeio et Roberti fratris sui masuram de Hosseia. Ex dono Roberti de Signeio et Oliveri filii ejus decimam lande de Grasse Vache ; et in eadem landa III acras terre et feodum Godet. Ex dono Gisleberti de Doreriis et Aeliz filie ipsius XII Cenomonenses in feodo Morinenerie et unum pratum in Croso et tenementum Huberti Hai. Ex dono Willelmi Britonis decimam Gauterie et III solidos Cenomonensium apud Illiel. Ex dono Signeiensium insulam de Bace. Ex dono Roberti de Sorleleir tenementum Willelmi Orri. Ex dono Petri de Arsitio tenementum Ivonis de Sancto Albino. Ex dono Normanni de Verdun unum pratum apud Fougeroles et IX Cenomonenses in feodo Petri Ascelin. Ex dono Willelmi de Flachei et Haois uxoris ejus unam masuram apud Digne que vocatur La Boquerie, cum assensu Rollandi Avenel. Ex dono Rollandi Avenel pratum quod tenuit Martigne. Ex dono Agnetis filie Johannis de Sulligneio X solidos Cenomonensium apud Vaucellam. Ex dono Henrici de Sancto Petro I quarterium frumenti apud Sanctum Georgium de Liveie. Ex dono Radulfi Pretoris unam masuram apud Mesnil Osane. Ex dono Roberti de Veim tenementum Roberti Barzel. Ex dono Willelmi de Sancto Johanne omne tenementum suum de Servon. Ex dono Freelin Malesmains et Johanne uxoris ejus capellam Sancte Marie de Beccana cum omnibus pertinentiis suis et duas masuras apud Esgeign cum omnibus serviciis et XXX solidos Cenomonensium in prefectura Sancti Hylarii que dicitur La Hascoit. Ex dono Rogeri Le Berruier unam masuram super Flumet que vocatur Au Saillant. Ex dono Ricardi Chauchon duas acras terre apud Guiot, cum assensu Freelin Malesmains. Ex dono Willelmi de Verdun unum campum in exitu Pontis Ursonis et unum pratum super Coisnon. Ex dono Willelmi Dastin I quarterium frumenti apud Eschariz. Ex dono Fulqueii de Servon I acram terre apud Servon. Ex dono Willelmi Grimaut et Aeliz uxoris ejus I quarterium frumenti in molendino de Maloe et I quarterium in Poigloveria et XII Cenomonenses ibidem. Ex dono Willelmi de Bosco Ivonis ecclesiam de Bosco Ivonis cum omnibus pertinentiis suis et III quarterios frumenti apud Sanctum Quintinum. Ex dono Juhelli Graignart campum qui vocatur campus Pigace. Ex dono Juhelli de Val II acras terre. Ex dono Andree de Signeio et Willelmi et Johannis, fratrum ejusdem A., acram et dimidiam terre et terciam partem unius acre prati. Ex dono Hasculfi de Sancto Hylario I quarterium frumenti apud Esgeing. Ex dono Ruellemi de Flachei IIII acras terre. Ex dono Radulfi Gauman I acram terre et XII Cenomonenses. Ex dono Alani de Hulmo feodum de Monte Morelli cum omnibus pertinentiis suis, salvo jure dominorum suorum, videlicet XX solidos Cenomonensium. Ex dono Nicholai de Verdun II solidos et dimidium Cenomonensium. Ex dono Petri Malvesin et filiorum ejus XII acras terre in landis. Ex dono Radulfi Juhel masuram unam que vocatur la Sauvagere et dimidiam masuram que vocatur la Viclere et quartam partem molendini de Montdisdeir, cum assensu et voluntate Ambrosii fratris sui. Ex dono Tustini Bescheier furnum quod tenebat Robertus Le Forneier. Ut autem que premissa sunt majorem optineant firmitatem ea in scripto redigere et sigilli nostri testimonio dignum duximus roborare. Datum apud Abrincas ipsa die beatorum apostolorum Petri et Pauli anno incarnationis Dominice M CC X.